



DICASTERIUM DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 157/24

**PREMISLIENSIS LATINORUM**

Beatos Iosephum et Victoriam Ulma, coniuges, filiosque eorum, martyres, clericus et christifideles palatinatus v.d. *Podkarpacie* peculiari cultu prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Adamus Szal, Archiepiscopus Premisliensis Latinorum, communia excipiens vota, scilicet aliorum Episcoporum auctoritatumque civilium necnon fidelium supradicti palatinatus, electionem Beatorum Iosephi et Victoriæ Ulma, coniugum, filiorumque eorum, martyrum, in Patronos apud Deum illius palatinatus rite approbavit. Idem vero, litteris die 4 mensis martii 2024 datis, enixe rogavit ut huiusmodi electio et approbatio, iuxta Normas de Patronis constituendis, confirmarentur.

Dicasterium porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris præscriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

BEATOS IOSEPHUM ET VICTORIAM ULMA, CONIUGES,  
FILIOSQUE EORUM, MARTYRES,  
PATRONOS APUD DEUM  
PALATINATUS v.d. *PODKARPACIE*

confirmat, omnibus cum iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Dicasterii de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,  
die 5 mensis aprilis 2024.

Arturus Card. Roche  
*Præfectus*

+ *VictoriusFranciscusViola d/III*

✠ Victorius Franciscus Viola, O.F.M.  
*Archiepiscopus a Secretis*